Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

induunt iuxta qd idem apls aliás dicit.
Quot qt in xpo baptizati estis. xpm induisti.
Tunc enim electi induunt xpm quando uirtu
tes que in xpo sunt. paduitorum illum assumunt.
Quod g dicit induite uos armaturam di. tale
est ac si diceret. Induite dnm ihm xpm. idem
omnis uirtutes quas sectis in illo esse inuob assu
mite. Verbi gratia. Est ille iustus. uerus. pa
tiens. castus. mansuetus. appellatus agnus.
et leo et uitulus. induite uos iustitiam. ueri
tatem. patientiam. caritatem. castitatem. mansue
tudinem. Estote agnus. idest mites. Leo fortes
in fide. et in bono opere contra diabolum. Estote
et uitulus. mortificantes uos metipsos cum
uitiis et concupiscentiis. ut possitis stare
aduersus insidias diaboli. multis modis insi
diat nobis diabolus. Denique insidiatur nobis
per malas suggestiones. insidiat per turpia carnis
nre. et incentiua malarum delectationum. insi
diat per ministros suos pbereticos uidelicet
et falsos frres. atque paganos. Sed contra hos
omnis debemus nos uirilit pugnare. ne possimus
supari. Poterat aliquis dicere. o aple quare pci
pis nos omnem armaturam di induere. Ad hec
ille subiunxit. quia non est nobis inqens colluc
tatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduer
sus principes et potestates. aduersus mundi
rectores tenebrarum harum. contra spualia ne
qcie in celestibus. Carnem et sanguinem appellat
isto in loco apls homines qui constant ex car
ne et sanguine. a quibus plerumque suadente di
abolo impugnamur. et dicit quia non est nobis
conluctatio idem pugna. aduersus illos so
lummodo. sed adusus demones q principan
tur malis hominibus. et potestatem exercendo
super illos. regunt illos potius ad malum quam ad
bonum. ipsique appellantur spiritalia subaudit
demonia. nequicie idest malicie. qui morantur
in hoc aere. Celum denique appellat aer in scptu
ris sacris. unde et aues celi dicuntur
qui ut philosophi dixerunt et doc
tores etiam nri opinantur. ita plenus est demoni
bus et malignis spiritibus sicut radius solis mi
nutissimis puluiculis. Contra hos g pug
nandum est nobis potius quam contra homines con
stantes ex carne et sanguine. quia quicqd ma
li contra nos homines machinantur. a illis eis
suggeritur. Et si superauerimus eos q sunt malicie
principes et quos instinctu uitia carnis nre
contra nos seuiunt. iam facile superare poterimus
omnis ministros illius. Verbi gratia. Sicut supato
principe exercitus facile fugatur. Id probari po
test ex libro iudith. quo narrante
disci ...mus quia holoferne principe militie
interempto. multitudo exercituum in fugam
uersa. et a iudeis facillime est superata. Sed que
rendum est quomodo pugnare possimus contra demo
nes q spes sunt. Nam omnibus patet. contra spm
armis materialibus non posse pugnare. Qua ppter
quia spes sunt et inuisibiles. necesse est ut ar
ma spualia assumantur. uirtutes uidelicet sup
memorate. et decertemus eo modo q legimus
iacob luctatum esse cum anglo. orando. ieiunan
do. uigilando. ceterisque bonis opibus insisten
do. ut sicut ille meruit ab anglo benedici.
cum quo luctabatur orando. ita et nos superato
diabolo adiuo benedici mereamur. Ceterum
queri potest. ubi accepit apls. ut demones.